



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 3. Probatur diuina Christi potentia, docendo Sichar ciuitatem per mulierem Serpentem fallacem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

(a) T. de  
marca  
mayor.

libus, quibus attentus occupabatur, rebus  
ab his adeo dissimilibus intenderet, sicut à ter-  
ra cœlum distinet, fierique de agricola Prop-  
pheta & Prædicator, & de viro campis afflueto,  
Angelus Deo consecratus, cuiusque totus dicatus  
obsequio. Hoc inter Eliæ opera palmam eri-  
pita cuius executionem tota Dei requireba-  
tur omnipotentia. Hoc credo voluit innuere,  
dum illi ait: *Quod manum erat, feci tibi.* Quidquid  
potui feci, hoc est supremum, quod diuina mihi  
virtute communicata efficere potui, illud e-  
rat, ut cor tuum transmutarem, & terrenis, quæ  
præ manibus habebas, dimissis, vt fieres caelestis,  
& amodo diuinis occupatus. Itaque præcellens  
licet opus fuerit, filij viduæ Sarephatæ, mor-  
tuis ad lucem restitutio: non minus illo fuit  
hoc, quum dicitur Deo maxime propria recen-  
setur, cui hoc competit dominum esse cordis  
humani, *Deus cordis mei:* psal. lebat. David. Deus  
non auri mei, vel argenti, vel ciuitatum, vel re-  
gnorum, vel eorum quorumlibet: quæ sunt in  
terra: nimis enim dominum hoc esset limita-  
tum, sed *Cordis mei:* nam in hoc supremum Dei  
dominium, ac potestas definitur, quod operari  
possit in eo, sicut Dominus, quomodo liber illi pla-  
cuerit.

VI. Illo agendi modo suam voluit Hieremias de-  
clarare potentiam, dum illi præcipit, in domum  
descenderet figuli, & diligenter attenderet,  
qua ratione de frusto lutu, quod non nisi dig-  
num erat contemti pedibus, vel semel tantum cir-  
cumflectendo rotam, vas formaret, educeret  
que pulcherrimum, regio dignum abaco col-  
locari. Meam agnosce, ô Propheia potentiam:  
quia *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu  
mea, dicit Dominus.* En tibi propno fortissimū ar-  
gumentum, quo suam Christus testatus est di-  
uinitatem, quod Diuus Paulus indicat ex Ie-  
chone SS. Patrum Græcorum, dum ait: *Qui  
declaratus, vel comprobatus est filius Dei in virtu-  
te secundum spiritum sanctificationis.* Perpende,  
quo argumento probet Christus se esse fi-  
lium Dei, eo ipso quo ostendit se ea virtute pol-  
lere, qua corda sanctificet, & sentinas peccato-  
rum & inferni in verum transmutet cœlum,  
in gratissimam Deo sedem, & cloacas damo-  
nicorum in templa sanctissima digna Trinitate, pec-  
catores immundos, horridos & infames, in ius-  
tos conuertat mundissimos, dilectissimos, &  
honoratissimos, sole, stellisque clariores. Cor  
transmutat telonarij & furarij Matthæi, in Aposto-  
lum, & Evangelistam: Zachariam Satanae filium,  
pulum inferni, conuertit in filium Abrahæ. Il-

lum hodie contemplare, quam excellens, (a) in  
hac muliere opus efficiat Ex puella aquaria,  
carnali, abiecta, ita soluta in venere, vt hoc  
satis indicat, quod proco domi aburatur, præter  
quinque defunctos inaritos, vas format crystal-  
linum, per quod lux ciuitatem Sichar prouincæ  
Samaritæ Metropolitim illustrat, cœli Seraphim,  
solem lucidissimum, quo sedentes in tenebris  
& umbra mortis illuminat. En tibi durissimam  
petram in aquas conuertit crystallinas Samari-  
tanis in refrigerium, de quo sic proloquere:  
*Qui conuertit petram in stagna aquarum & ru-  
pem in fontes aquarum.*

§. 3. Probatum diuinam Christi potentiam, docendo  
Sichar ciuitatem per mulierem Serpentem  
fallacem.

N Edum indicat Euangelista diuinam in  
eo Christi potentiam, quod huius con-  
uertit (vt diximus) cor mulieris, & quæ  
prius erat vile prostitulum, expedita quaestuaris,  
fiat sanctissima, virtutis exemplar, depositum  
thesaurorum Dei: prius lutum abominabile,  
demum Sol clarissimus; sed in eo principaliter,  
quod tali vtatur muliere, vt prima sit Euan-  
gelij sui prædicatrix, tam eloquens, vt illius ope-  
ra totam, & populosam Sichar conuertat ciuita-  
tem. Erant autem huius ciuitatis Samaritani  
ceteris terræ nationibus nequiores, Deoque odi-  
biliores, Habent Spiritum sanctum testem, quæ  
Salomonis ore longam texens eorum Litaniam,  
quos Deus ab orbis incunabulis pluris ceteris  
ælimauit, ac honorauit, di obus tandem verbis,  
nationes illas profert, quas ceteris Deus plus  
nauseabundus execratur, easque tres: *Duas gentes Eccli. 6. 50  
odiuit anima mea: tertia autem non est gens, quam  
oderim. Quam nedum exhorret anima mea, sed  
& sic detestor, vt nihil ultra. Quæ illa? Qui se-  
dent in monte Seir, & Philisthim, & stultus: popu-  
lus, qui habitat in Subim. Idumæi ex Eliæ del-  
cendebant, qui montem Seir incolant: Philis-  
thim, perpetui Iudæorum in terra promissionis  
aduersarij, & Sichimitæ huius vrbis Sichem op-  
pidani: quo nomine censentur illi binonimi sũt:  
*Non gens, & populus stultus.* Primum, *Non gens:*  
non enim alij erant similes populis, qui ex vno  
proceedebant patre, ex vna genti familia, sed in  
vnum conuenit hinc inde sex milia nationum,  
sine lege, in illo stemmate nobilis, abiecta, bar-  
bara, permixta.*

Secundum: *Populus stultus:* quia cum tales  
essent,

I.  
Qui stie-  
runt Sa-  
maritanij

II. Nep ges & populus stultus,

essent, setamen Dei populum iactabant esse principalem, filios se Iacob appellantes: hoc quippe mulier illa Christo significabat, Iacob patrem suum nominando: Numquid tu maior es patre nostro Iacob? Mirantur omnes, quare tantopete Deus nationes illas exhorresceret, & ita earum aliquas ut adeo maledicta esse viderentur, ut earum in Deum detestanda assurgeret malitia, prout Spiritus sanctus earum expendit historiam.

Primum habitavit in ea regione Chananae maledicti Cham filij Noe maledicta progenies quorum taura fuit coram Domino peruersa, & non toleranda nequitia, ut illos inde exterminaret. alios possessores fecit, populum sibi electum. Illi vero hanc incolentes, tanto beneficio ingrati, Deum nefandis adeo suis provocarunt ad iram sceleribus, & idololatrijs, ut ipsi similiter exstirpare decreverit: quocirca singulari divinae iustitiae dispositione, regnante Osee filio Ela, prodijt in campum armatus Salmanassar Rex Assyriorum, omnesque in terram captivos abduxit, Regem, & tribus illas ibidem commorantes, totamque regionem implevit colonia Babyloniorum Cutha, Anath, Emath, Sapharaim, idololatrarum, qui omnes tam enormibus Deum irritarunt criminibus, ut illa divina non sufficiens iustitia: *Immisit in eos Dominus leones, qui in eis sciebant eos.* Hinc perspicuum erit, quae fuerint illae nationes, quae, cum totus tunc orbis idololatriam fœderetur, omnesque in tota terra nationes idolis thus adolerent, Dei non viderit potuisse perferre patientia, ad quarum supplicium tortores miserit leones atrocissimos. Iudica quales fuerint illius regionis populi: videntur enim secum non tolerandam sententiam traxisse peccatorum: cum, qui illam incolerunt, tales fuerint, quales fuisse oratione nostrâ descriptimus, Rei deplorandum narratur Regi successum qui credens, si ad meliorem vitae frugem reducerentur, dextrâ suam Dominus manum supplicij tolleret, precepit ut eo populi Dei Sacerdotem adducerent, qui eos doceret legitima Dei tetrâ factus est ita, rei factus quis exitus? Licet Deum Israel ut Deum susceperint, infirmitates tamen multiplicarunt idololatrias: quibus enim terrae suae colebat idola, & variae cum essent nationes, omnes in illa regione orbis terrarum idololatrias coaceruantes, cunctaque per orbem longè latèque dispersa idola receperunt. En quale remedium, quo in tantam, teste Spiritu Sancto, devoluti sunt amentiam, ut volentes adorare Deum Israel, simul

4. Reg. 17. 25.

omnia mundi idola venerentur. Hoc concessio, erant Samaritani Deo maxime inimici, & coram eo maiorem in modum merito despecti. Inter illos autem, venerat concupiscere tam mulieres eminebant: sunt enim ceteris ignotiores, inter has, reliquas stultitia, despectu, & concupiscentia libidine mulier hanc superabat: etenim puella quae erat aquaria, profana, non aia, lepa, ut patet: quod quinque defunctis viaribus alterius proci contumeliosum bermo fœderetur. At tamen superinatur D. Chry. solumus, quod illi adhuc superuenerent: cunctis enorme: licet enim moris tunc esset, ut maritus unus duas, tres imò plures haberet uxores, non tamen permillum inoleverat, ut una mulier pluribus sociaretur marito; Hæc autem non duas, non tres, sed quinque, quibus nupserat, adulterâ cognoscebat, præter quos & ex amantissimâ confusione scortum audiebat, ad tantam eximia libidine redacta pauperem, ut nec ancillam aleret aquariam aquaria.

Hanc Christus assumpsit, & tantâ replet sapientia, ut primariam eligat Euangelij, in prædicatoricem, per cuius prædicationem totam convertit civitatem, & ad veram, divinitus hanc fidem reducit saniora sapientem. Admirare superiam Christi fortitudinem, diuinitatem potentiam, si namque merito iudicavit Apostolus, quod Deus suam in hoc ostenderit omnipotentiam, quod pauperes quosdam elegerit predicatores mundi petissem, ut per illos mundo suam annuntiaret fidem: *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Tu index es, num hanc non ostendat dum mulierem elegerit terræ scortum, plebis opprobrium, *Stulta mundi, non gens popululus stultus, ut corda comertat: obfirmatissima, suisque supra modum affixa idololatrijs, nempe Samaritanorum.*

Nihil valde dixit modernus auctor Magister Rei Frater Ioannes de Ponte quod Dominus la. 2. 4. duobus hominum generibus officium intercesserit docendi fidem & prædicandi, diabolo & mulieribus. Historiam perlege Evangelicam, multoties inuenies demones cepisse prædicare, deque Christo annuntiare quod filius esse & mittere Dei, quibus extenplo strictum strictè hientum in ipsi it: *Exibat daemonia à mul. in claustris & ex prædicantia: quia tu es filius Dei, & increpans non peribat: bas ea loquitur Daemonis, qui Christum prædicat: lo. 4. 1. molestus interpellabat, ore loqueus hominis, os 4. linguamque trefrauit: *Tace, obmutescit.* Interdictum autem mulieris munus prædicatoris Apostolus non semel patenter indicauit: *Mulieres in Ecclesia 24**

*Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, sed  
 subditur esse, sicut lex dicit. Loquendi non habent,  
 facultatem, sed docet eas humiliter alios audire  
 hoc est autem. Sicut lex dicit. Vbi (quærit D.  
 Chryost.) lex illa scripta reperitur? Illa statim à  
 mundi primordio notes inscripta, in prima lege,  
 quam Deus primæ præscripsit mulieri: Ad virum  
 tuum conuerso tua, & sub viri potestate eris. Ideo  
 & vobis capita nubilantur, inquit Apost. vt eū  
 silentio tacentes audiat, & ab omni tam procul  
 abesse deb. atis loquea, vt nec vobis quicq. am  
 liceat in Ecclesia interrogare, quod si dubiū vo-  
 bis ali quod oriat, eius interrogationem differre,  
 vsque dum sitis domi, tunc maritos vestros  
 de hoc interrogate: Si quid autem volumus dicere,  
 domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulie-  
 ri in Ecclesia loqui. Hinc colligitur, num bene vos  
 verba deceat in Ecclesia de ijs quæ domi ve-  
 stræ contingunt, & quæ noueritis.*

*Ratio quoque sufficiens adducitur, cur diabo-  
 lus & muliere prædicare prohibeantur: damo-  
 nes namque praua sunt voluntate peruersi, & in  
 omni nequitia adeo contumaces: vt fornax  
 sint mendaciorum, vnde Dominus diabolum  
 patrem nominat mendacij: quia proloqui men-  
 dacia, proprium est demonis idioma: Cum lo-  
 quitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia men-  
 dax est, & pater eius. Primum, quod locutus est  
 homini verbum, mendacium fuit doctus, quo  
 nos omnes in vitam periculis. protoparentibus  
 nostris insulurans, non ijs credendum, quæ Do-  
 minus de morte incurrenda, si comederent, iue-  
 rat minatus. Insuper, sicut alias expendimus,  
 in vno verbo, nouem protulit conclusiueque  
 mendacia. Numquid non ipse diuinitus verbis edi-  
 cendis aptus potest esse prædicator? Mulier est  
 mala non ardeat voluntate, laborat tamen intel-  
 lectu nimis obscuro, peruersi, dolisque plus  
 satis exposito, quoniam & ipsa potest vitium  
 nullo illaqueare negotio. D. hoc Paulo eleganter  
 expressit: Decere autem mulieri non permittitur,  
 neque dominari in virum: sed esse in silentio. Ad-  
 dam enim primus formatus est, deinde Eva, & A-  
 dam non est ductus, mulier autem seducta in  
 prauaricatione fuit. Duo sunt propria mulieris:*

*Primum, quod de facili à diabolo decipiatur, ob  
 intellectus defectum, quem habet incertum in-  
 constantem, volabilem: Sexus mulieris (cessatur  
 D. Chryostom.) incertus & mollis est, eique pro-  
 ximum est decipi. Mulieris genus (addit D. Epiph.)  
 lubricum est, erroneumque ac intellectu humilis præ-  
 dicum &c.*

*Huius occasione fuse discurret D. Hieron, illa*

*Poëtarum primipili verba perpendens, quem  
 Latinum vocat Homerum: Varium & mirabile Eccl. cap.  
 semper factum: Confirmatur, inquit Apostolus, 17. 6.  
 exemplo Eua, quæ cum omnium esset sapientis-  
 sima, quas Dei manus in lucem produxit, de qua  
 S. pagina proloquitur: Creauit ex ipso adiutorium  
 simile sibi: costum & linguam, & oculos, & au-  
 res & cor dedit illis excogitandis: & disciplina in-  
 tellectus repleuit illos. Creauit illis scientiam spiri-  
 tus, sensu impleuit cor illorum. Erat igitur mulier  
 sapientia, consilio, intellectu, & eloquentia præ-  
 stantissima; ad primum nihilominus verbum a-  
 dulatorum, quo satanas illam delinuit, seducta  
 collabitur: Eva seducta in prauaricatione fuit. In  
 illa prauaricatione, diabolus non machinis præ-  
 ualuit, nec fraudibus, sed ad primum verbum,  
 quo suam illi proposuit naturæ eminentiam, il-  
 lam turpiter irretiuit. Quid hoc, tibi creaturæ,  
 qua nulla pulchrior, Deus istus esum arboris  
 interdixit? Noueris te proximum esse (a) vt Deus  
 sis illi similis: hoc solum requiritur, vt de fru-  
 ctu gustes arboris &c. Illo vero mendacij, sedu-  
 ctæ corruit, nihil etenim minoris negotij, quam  
 etiam prudentissimam, ac sapientissimam earum  
 circumuente, illi persuadendo, quod venustatis  
 forma cæteris præcellat, quod Dea Venus  
 præfulgeat, nihil illi quidquam deesse vt adore-  
 tur.*

*Hoc experientia discimus, quas enim com-  
 munitè diabolus illaqueat, seminae sunt, & in-  
 ter ipsas videmus pythonissas striges præstigia-  
 trices: res adeo familiaris, vt vbi postea vulgata  
 legit: Maleficos non patieris viuere. in Hebr. legi-  
 tur; Maleficas; quia maleficas esse præstigiari-  
 tes, & magas, commune est mulierculis: ex eo  
 quæd faciles sint, quas diabolus ob intellectus  
 tenuitatem, animique inconstantiam illaqueat.  
 Hac de causa notat D. Thom. statutum fuisse  
 philosophorum, nullatenus ad regimen admitti-  
 rentur mulieres, ob hebetudinem intellectus, &  
 facilitatem, qua fraudibus inceduntur; &  
 propositionem confirmat ex Aristotele. Corruptio  
 regimini est, quando regimen peruenit ad mu-  
 lieres.*

*Secundum: quod si diabolus satis leuiter mu-  
 lieres in laqueum trahat, multo mulieri etiam le-  
 uis virum decipere, ob naturalem amorē, quo  
 illam persequitur, eique inclinat. Hoc satis le-  
 uis patuit in mundi primordio: cum à ipsa fuerit, decipit  
 quæ suis vrbana blanditijs virum inter sa-  
 pientissimum, & præclarissimum epu manum  
 Dei, Adam, illicet, tan succinctis rationibus,  
 quam paucis verbis illum euerit. (a) vt dicit D.  
 C. mens.*

A a a a j



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

758  
**D. CLEM. ALEX.** Clemens Alexandri. a. D. Epiphani. b. notant no-  
 men Eua mulierem significare simul & serpen-  
 tem, pronuntiatum enim sine aspiratione Eua  
 mulierem significat, cum aspiratione vero, He-  
 ua, serpentem. Si accurate vox spectetur Hebraica  
 (inquit Clemens) nomen Heua spiritum, exponit-  
 tur serpens. Examina Eua circa aspirationem (ait  
 D. Epiph. ) Hebrais mulierem, cum aspiratio-  
 ne serpentem significat. En quam parua differen-  
 tia: vnum H. de quo Latini, non est littera, sed as-  
 pirationis nota. Enimvero si loqui ceperit mu-  
 lier cum aspiratione & affectu, spiritum eductis  
 blanditiarum & adulationum, hoc crede firmi-  
 ter, serpens est moriferus: vnde si diabolus mi-  
 heri serpens fuerit venenosus, fuit & ipsa vito  
 Adam, sola precum suarum, blanditiarum, urba-  
 niatum aspiratione: quid enim marito non per-  
 suadet mulier? quid vir non credit sibi à mulie-  
 re propositum? Vnde illa diabolus vsus est, vt  
 hominem circumuenerit sapientissimum, illicque  
 talia persuaderet mendacia, quæ contra Dei  
 veritatem imponi poterant vel maxima: qua de  
 causa à D. Ambrosio. a. vocatur. Prima fraudis ille-  
 cebra. D. autem Th. b. perpendit illam D. Chry-  
 sost. sententiam. e. Semel est locuta mulier, & to-  
 tum mundum subuertit.  
 IX. Intendebat diabolus Adamum de ipse: e-  
 nim hoc non posset, non illi ex sententia nego-  
 sium profueret, ad illum per seipsum accedere  
 non præsumit, sed assumere sibi decepit mulie-  
 rem, credens illa mediante persuadere, quod  
 per seipsum facere non præsumebat, indubium  
 est Adam fuisse circumuentum, quia realiter  
 credidit id quod diabolus Enæ dixerat, nimis  
 si de fructu verito gustarent, absit vt moreten-  
 tur, quoniam illud in ipsis impleteretur. Eritis sicut  
 dii, scientes bonum & malum: Et reipla Dei æ-  
 quahatem quantum ad scientiam, appetit, quod  
 eius scilicet non egeret opera, qui illum guber-  
 naret, & quid plura? credidit quidquid illi fa-  
 mina dixerat, & in omnibus, in quibus eum dia-  
 bolus capere laborabat, delusus est. Ita censent  
 c. In c. d. D. Ignat. a. D. Iren. b. D. Hilarius. c. D. Epiphani.  
 3. Mat. d. D. Ambr. e. D. August. f. & Cornel. à Lapide. g.  
 d. He. quinimo citat præfatus auctor D. Augustinum,  
 qui dicat, quod Adam veraciter fidem amiserit:  
 e. In c. quia fidem diaboli verbis adhibuit contra ex-  
 pressum Dei verbum. Credidit sine dubio, quod  
 Lucas. comedens vitium à Deo fructum, omnia scilicet  
 f. L. 11. nec moretetur, essetque sicut Deus. Quis sa-  
 de Gē. piens credat, quod errores tam absurdos Adam  
 ad lit. crediderit? Nonne dixit D. Paulus: Adam non est  
 e. 21. seductus, mulier autem seducta in prauaricatione  
 & 24.

fuit? Ex his addece, quam efficax sit mulier, vt  
 verò, quidquid voluit, persuadere etiam abster-  
 distimas, quas mundus audiuit, opiniones, qua-  
 les has fuisse omnes agnoscent, quod scilicet  
 ex esu pomi interfecti, euadere vt Deus. Sed  
 nec dicere voluit Apostolus, quod Adam abso-  
 lute non fuerit circumuentus, sed quod non fuit  
 per ipsum Iudificatus diabolus, quia ad hoc om-  
 nes Satanae machinae, & artes inueniebantur  
 infirma, vnde nec ipse diabolus in propria aulâ  
 est Adam aggredi persona, sed mulieris dictis  
 verboque fuit seductus: eo quod ipsa tot blandi-  
 tiis, & verborum lenociniis eius attraxit sibi bli-  
 da voluntatem, vt illi suum submitteret intelle-  
 ctum, ita vt eius inductus persuasione, credide-  
 rit, quod per solam diaboli persuasionem non cre-  
 didisset, præsertim quia prior obtulit, illa opus  
 aggreditur, & de fructu comedit, vt notat textus  
 tris; deinde blanditiis & lenociniis amoris Ad-  
 obtulit pomi gustum gratissimum, dicens quod  
 illo gustato, mortua non conciderat, quinimo  
 bellissimè se haberet, vnde & marito dedit, qui  
 comedit, quo Iugemus impletum quod Spiritus  
 S. postmodum editus est: A muliere initium fa-  
 ctum est peccati. Quomodo A muliere? Nonne  
 peccatum ex diaboli persuasione sumptis exco-  
 dium? Verum est quoad mulierem, sed hoc ad  
 nostram non sufficiebat ruinam, & vt homines  
 in peccatum laboreremur: quia per solam diabo-  
 lum non caperetur Adam, sed vt vir illum com-  
 mitteret peccatum quod omnium fuit peccatum  
 in nostra natura principium, origo fuit  
 mulier, causaque primaria.  
 Aduertit item D. Chrysostomus. illam ipsam  
 esse, de qua ordinariè diabolus præualet, vt in-  
 ludat illis vsus est infidelis Rex Balac ex con-  
 silio peccatoris Balaam, quibus perneret  
 ficaciter Israelitas, qui dum vidit se illis non  
 posse numerosissimis virorum fortium resistere  
 legionibus, exercitum, illis opposuit mulierum  
 forma venustissimarum, quæ vel duobus tantum  
 blanditiarum ac adulationum verbis, illi, suum  
 idolorum demoniorumque cultum persua-  
 derunt: hanc historiam cum Origene perpen-  
 dimus dum de filio prodigo ageremus, de qua  
 sic Spiritus S. Filia Moab vocauerunt eos, ad faci-  
 scia sua ad illi comederunt, & adorauerunt Deos  
 eorum. Duobus tantummodo verbis, subuertere  
 runt corda eorum, acciditque triste nimis ac  
 Ingrebre illud infortunium de Beelphegor totius  
 in S. eloquio repetitum.  
 Quis Salomone sapientior. Cōsidera quo mo-  
 lieres cum abduxerunt: eum enim Spiritus S. eius  
 sapientior

Handwritten initials 'IV' and 'W' in the left margin.

sapientia, religionis, & deuotionis celebrasset  
 enocimū, a capite tertio vsque ad decimum v-  
 decimo de illo presatur, quod locū infidelibus  
 dedit mulieribus. Et quid inde boni fortitan  
 speraueris? An quod illas ad veri Dei conuertit  
 religionem? Nihil minus, sed: *Depravatum est cor  
 eum per mulieres, ut sequeretur Deos alienos &c.*  
 Et colebat Salomon *Astartem Deā Sidoniorū*, &  
*Moloch Idolum Ammonitarū &c.* Perpēde qua so-  
 quo medio diabolus vltus fuerit, vt cor & sancti-  
 tate, & sapientia celeberrimum, quale Salomōn  
 habebat, perverteret: *Depravatum est cor eius per  
 mulieres.* Nec aliter poterat euenire: testatur  
 Spiritus S. illi mulieribus antem præbebat: cum  
 illum iam Deus præmouerat: *Super quibus Do-  
 minus dixit filiis Israel &c.* *Ceristiane auerent  
 corda vestra, ut sequamini Deos earum.* Plenæ sunt  
 historice (teste D. Hieron.) Græcæ & Latine,  
 quanti viri ab vxoribus decepti sunt.

Homiliam exorditur D. Chrysostom. secun-  
 dam in Ioa: nem, vt probet, mulierum proprium  
 esse hæresibus atque erroribus inducendis in-  
 strumentum: via quippe mulier Paulum Samo-  
 satenū pervertit, eumque reddidit male cele-  
 berrimum hæresiarcham. Hoc profequitur D.  
 Hier. ad Cresiph qui eum circa doctrinam Ru-  
 fini consulerat: *Erat hic presbyter Aquileyen-  
 sis, in mundo nominatus, qui ex affectu quo Ori-  
 genem profecuebatur eum que doctrinā ample-  
 ctatur librum cor sinxit eius doctrinæ patro-  
 nicantem, quem cum Xystus Pytharicus cō-  
 posuisset, in lucem dedit sub nomine S. Xysti  
 Papæ, quo Pelagiani suis cōsiliis mandis erroribus  
 vtentur. Ad hoc Rufinus vsus est instrumēto,  
 muliere quadam acri prædica ingenio, & dili-  
 genti nomine Melania, de qua tractant D. Epip.  
 Theodoret, Historia Ecclesiastica tripartita. Pe-  
 nit Cresiphon D. Hieronymi in hoc iudicium  
 ac censuram: cui ille, quandoquidem Rufinus  
 opera vtatur mulieris, extra dubium est, quin  
 velit seducere: hoc enim perpetuum est hære-  
 ticorum studium, mulierum opera sibi consu-  
 lere, qua suas introducant fraudes, & persua-  
 deant hæreses. Huius occasione multas varia-  
 que producit historias. Simon Magus mulie-  
 rem quæstariam assumpsit Helenam quam  
 alij Serenem appellant. Nicolaus Antiochenus,  
 vnus ex primis septem Diaconis quos elegit  
 rina Apostoli, per mulieres mundum perverte-  
 re conabatur, sicut Rex Balac Israelitas sedu-  
 xerat.*

Marcion vt fideles Romanos in errore traheret, mulierem præmisit, quæ Romanorum animo,

ad eius errores recipiendos callida vasaque  
 præpararet. Apelles per suam Philomeram ne-  
 farias suas seminavit hæreses, & Montanus per  
 Priscam & Maximillam mulieres nobilitate  
 diuinitusque clarissimas: ac vetera dimittamus &  
 recentiora recolamus: Arius vt iuudo techuas  
 erroris stueret, Constantiam sibi copulauit  
 Constantini magni sororem. Donatus vt Afri-  
 cam perverteret Lucilliam assumpsit: In Hispa-  
 nia Elpidius Agapen prius hæresi polluit &c.  
 Sed ipsum audiamus Hieronymum: *Simon  
 magus hæresim condidit Helena meretricis aditus  
 auxilio, Nicolaus Antiochenus omnium immundi-  
 tiorum repletor choros dudu seminarum, Marcion  
 Romanam præmisit mulierem, qua decipiendos sibi  
 animos præpararet. Apelles Philomenam suarum co-  
 mitem habuit doctrinarum, Montanus immundi  
 spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam &  
 Maximillam nobiles, & opulentas feminas primum  
 auro corrupit deinde hæresi polluit. Dimittam ve-  
 tera ad recentiora transendum. Arius vt orbem de-  
 ceperet, sororem Principis ante decepit. Donatus per  
 Africam, vt infelices quoque sacentibus pollueret  
 aquis, Lucilla quibus aditus est in Hispania Agape  
 Elpidium mulierem virum, eorum cocca dixit in so-  
 neam &c.*

Paret mulier seductioni, quam paruo negotio  
 diabolus in fraudem induxit, at multo facilius  
 est vt mulier quæcumque e volent viro in uol-  
 lenta persuadeat. Quid non hominibus mulier  
 credendum esse pe suaderet, si forma eleganti,  
 ornata mete nicio grata prædicaret? Prover-  
 bium est, sufficit ipsa vt tibi de celo altum fa-  
 ciat: *(a) Quæ corda non mouerentur? Si in illis  
 th. attris, in quibus familiaritate est feminas fre-  
 quenter prodire in scenam, quales esse nouimus,  
 comædias, ex solo cantus auditu, & representa-  
 tionis aspectu, tam post se trahit acceptæ mul-  
 titudine: eorum enim qui se inter sapientes iactat,  
 & circum illas vagantur, qui in republica celen-  
 tur ceteris esse digniores, quos ad libitum suum  
 seducunt, sic vt dicamus de illis hoc adagiū: *(a) Quod  
 quod illis super pisum tripediare faciunt: Quid  
 nõ efficit mulier primaria, nobilis, elegans, mul-  
 ta gratia commendabili, si pulchri alios docti-  
 ra conscenderet: In propatulo est, diabolo fore  
 apertum ostium vt ipsa doctrice, equalibet ho-  
 minibus mendacia credenda proponeret. Aliam  
 addit rationem D. Hieronym. Communiter hæ-  
 reses per delicias & voluptates carnis irrepunt:  
 etenim veritas Euāgelij in cruce Christi funda-  
 tur, cui repugnant delicia, carnisque voluptates.  
 Eius præcipuus offert delicias diabolus per  
 feminas,**

D. HIER.  
 Epist. ad  
 Cresiphon  
 eduxerit  
 Pelag. T. 2.

XIV.  
 Mulier  
 facile vi-  
 rum de-  
 cipit.

(a) Para-  
 hazer os  
 del cielo  
 cebolla.

(a) Los ha-  
 zen boy-  
 lar sebre  
 un gra-  
 uanço.

In eap. 3.  
 Niere in  
 illud. Va-  
 de. Clama.

XV.  
 Carnis  
 delicia  
 per mu-  
 lieres in-  
 ducunt.

feeminas, vnde mulieres saepe sapius assumit in adiutricibus, quibus suas hereses, erroresque circumquaque disseminat. Idecirco, vetat Apostolus, ne mulieri praedicationis permittatur officium, docendique magisterium: errorem enim maledocta, male suada seminare: *Docere mulier non permittitur. Taceant, & perpetuo adstringantur silentio: tantum apertas habeant aures, quibus alios sedute audiant, & quae non nouerint addiscant: Mulier in silentio discat.*

§ 4. Virtus Dei sapientia mulieribus, ad docendum: cum illis usus fuerit diabolus ad seducendum.

**10** **P** Edem fige, monet D. Tho. Quid hoc nonne multas mulieres nouimus omnes fuisse prophetissas qui mirabilia de diuinis mysteriis subtiliter eructarunt? vt Anna filia Phanael, Debhora gubernatrix dux populi strenua Iudaici: Holda vxor Seltam tanto spiritu diuinitus illustrata, vt populo magistra praefuerit. Duas oppono rationes. Prima sit ex D. Chryso-  
**Lecl. 7.** **Luc. ca. 2.** **I.** **Duo mo- di p. xbi- candi.** **Lecl. 7. cit.** **D. CHRYS.** **Ho. 31. in Epist. ad Rom. 1. 4.** **Tit. 2. 4.** **1. Cor. 6. 7.** **14.** **II.** **Mulier p. a mul- tu potest uis pro- desse.** **2. T. m. 2.** **21.**

stomo quem sequitur Thom. qui docet duos esse modos docende, publicum vnum in Ecclesia, & ex officio, particularem alterum, & in particularibus conuersationibus. Mulieribus primum modum non permittit Apostolus ob praedictas rationes, bene quidem secundum: Non itaque eam disputationem doctrina, qua ad priuatum usum pertinet, amputando hoc dicit; sed eam qua in medio sit, & in communi theatro, qua ipsae congruis Doctoribus. Quod vltimus probat lump- to argumento ex ipso Apostolo, qui monet, seniores instruant iuuenctas, vt honeste sint, solitariæ, domus curam habentes, uiris sedulo seruientes filios diligenter educant, doceant adolescentulas. Similiter mulieres sanctæ & religiosæ, quæ viros patienter insiduos, aut seductos, illos exhorrentur, admovent, & sint velut silentes prædicatrices, & cõmuni canales: *Saluabitur uis infidelis, per mulierem fidelem.* O quantum efficere potest & prodesse mulier pia vt virum conuertat libidinosum, doceatque prudens seruate castitatem, & colere pietatem! Sicut autem diabolus mulieris opera virum studet pervertere, ita & Deus per mulieres ipsum lucrari adlocat, vnde D. Pa. mulierem vocat: *Vas utile Domino,* id est instrumentum bellicum, & acquisitionis: etenim esse debet potentissimum mulier sancta instrumentum, per quod Deus oppugnat, & deuincit eorum uiri scortatoris, filiorum mori-

bus syluestrium, famularum, totiusque familiae. Quantum profuit Imperatrici Pulcheria Imperatori Theodosio iuniori, vt in virum euaderet regia probitate spestatissimum? D. Greg. Nazanz. pia mater omnes filios educavit piissimos. D. Monica suis orationibus, lacrimis & singultibus tuis matris, filiique Augustini à Domino salutem obtinuit.

His sedundant exemplis S. Annales, & de Sanctis, similibusque successibus. Inter quos illud non vulgare nefas est præterire. Neminem fugit, quod in domo contigit Abraham qui cum duos generasset filios, Ismael ex Agar ancilla & Isaac ex Sara vxore: *Vidit Sara Ismaelem ludentem cum Isaac filio suo.* Cælum autem huic fert D. Hierony. ex communi Hebræorum opinione: vt Ismael aduertit se maiorem Abraham, notatque quod in ablactatione Isaac, gemse instituit Abraham conuiuium, festumque lætitiæ, illique quam sibi demonstrari apertiora indicat paterni amoris argumenta, coepit illum exacerari, persequi, iudicare exprobrans in quo se præcederet, quod se pluris à patre haberetur, qui primogenitura præcurrebat. Vidit hoc Sara, & Ismael cucurrit ad Abraham atque: *Domine mi impatenter sero, quod ille ancillæ filius pariteri passu cum filio meo procedat.* Conclufi est, quod erit ille maior natu domus tuæ, & vt rebis parcamus: *Eijce ancillam & filium eius, non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Durum hoc accepit Abraham pro filio suo, Multum etenim afficiebatur Ismaeli, vt maiorem, & Agari, quæ licet ancilla, reuera vxor eius erat, vnde sic ait. *ô Domina, quam auther te habes, & mihi molesta petir.* Apparet illi Dominus: Abraham, non hoc vt præter rationem accipias quod tibi prudentissima consulit vxor, imo res est plena sapientia: quam ipsa postulat, & vera pronuntiat: *nō enim erit Ismael primogenitus tuus, hoc autem filio tuo Isaac reseruari, quocirca consilium eius actum perficere: Non tibi edicatur asperum super puero & super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Quis hoc non obstupescat. Abraham sapiens erat, Dei que amicus, quales non multo, dicit nihilominus illi Deus, plus hac in te sapere mulierem, quam ipsum, cui & præcipit, vxoris in omnibus obediat voluntati: *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* O Domine Deus quot, quæso, maris hęc liceat verba obicere: quibus vxores duræ videntur & incõposita, & quæ postulant molesta, & alia, ca tamen sunt, quæ maxime conueniunt.

Nec,